Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35458
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

tuis clementie tue longinqua
miseratio. sana vulnera. eorũq;
peccata remitte. vt nullis à te
iniquitatibus separati. tibi dñe
semp valeant adherere. Oratio.
Dñe deus nr. qui offensione
nra non vinceris. sed satis-
factione placaris. respice
ad hos famulos tuos. qui se tibi
grauiter peccâsse confitentur. tu-
um est enim dñe absolutionem
criminũ. et veniã prestare pecca-
tibus. qui dixisti: penitentiam te
malle peccatorum q̃ mortem. ro-
go ergo vt penitentie excubias
tibi celebrent. et correctis actib?
conferri sibi à te sempitina gau-
dia gratulentur. Oratio.
Exaudi dñe preces nras. et
confitentium tibi parce
peccatis. vt quos conscientie rea-
tus accusat. indulgentia tue mi-